



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio XCVI. De lege humana quantum ad eius potestatem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)



Secundò est de ratione legis humanae, q̄ ordine-  
tur ad bonum commune ciuitatis. Et secundù hoc,  
lex humana diuidi potest secundum diuersitatem eo-  
rum, qui specialiter dant operam ad bonum comu-  
ne. sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, prin-  
cipes populum gubernantes, & milites pro salute po-  
puli pugnantes: & ideo istis hominibus specialia q̄-  
dam iura apertur. Tertiò est de ratione legis hu-  
mana, vt instituat a gubernante communitatem  
ciuitatis, sicut supra dictum est. \* Et secundum hoc  
distinguntur leges humanae secundum diuersa re-  
gimina ciuitatum, quorum vnum, secundum Philo-  
sophum in tertio Politicâ, \* est regnum, quando sci-  
licet ciuitas gubernatur ab vno: & secundum hoc  
accipiuntur constitutiones principum. Aliud verò  
regimen est aristocratia, id est, principatus optimo-  
rum, vel optimatum, & secundum hoc sumuntur re-  
sponsa prudentum, & etiam senatusconsulta. Aliud  
regimen est oligarchia, id est, principatus paucorum  
diuitum & potentum: & secundum hoc sumitur ius  
prætorium, quod etiam honorarium dicitur. Aliud  
autem regimen est populi, quod nominatur demo-  
cratia: & secundum hoc sumuntur plebiscita. Aliud  
autem est tyrannicum, quod est omnino corruptum,  
vnde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam ali-  
quod regimè ex istis commissum, quod est optimū:  
& secundum hoc sumitur lex, quam maiores natu  
simul cum plebibus sanxerunt, vt Isidorus dicit. \*

Quartò verò de ratione legis humanae est, quòd  
sit directiua humanorum actuum. & secundum hoc  
secundum diuersa, de quibus leges feruntur, distin-  
guuntur leges, quæ interdum ab actoribus nominan-  
tur: sicut distinguitur lex Iulia de adulterijs, lex Cor-  
nelia, de sicarijs, & sic de alijs, non propter actores,  
sed propter res, de quibus sunt.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ ius gentium est  
quidem aliquo modo naturale homini, s̄m quod est  
rationalis, in quantum deriuatur a lege naturali per  
modum conclusionis, quæ non est multū remota a  
principijs. vnde de facili in huiusmodi, homines cõ-  
fenserunt, distinguitur tamen a lege naturali, maxi-  
me ab eo quod est omnibus animalibus cõmune.  
¶ Ad alia patet responsio ex his, quæ dicta sunt.

¶ Super Quaestio-  
ne 1. articulum pri-  
mum & secundum.

QVAESTIO XCVI.

De potestate legis humane, in sex arti-  
culis diuisa.

**D**EINDE considerandum  
est de potestate legis hu-  
manae.

Et circa hoc quaeruntur sex.  
¶ Primò, Vtrum humana lex de-  
beat poni in communi.

¶ Secundò, Vtrum lex humana  
debeat omnia vitia cohibere.

¶ Tertio, Vtrum omnium virtutum  
actus habeat ordinare.

¶ Quarto, Vtrum imponat ho-  
mini necessitatem, quantum ad  
forum conscientiae.

¶ Quintò, Vtrum omnes homi-  
nes legi humanae subdantur.

¶ Sextò, Vtrum his qui sunt sub  
lege, liceat agere præter verba  
legis.

*Vtrum lex humana debeat poni in communi magis, quam in  
particulari.*

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd  
lex humana non debeat poni in communi,  
sed magis in particulari. Dicit enim Philosophus in  
quinto Ethicorum, \* q̄ legalia sunt, quæcumque in  
singularibus legem ponunt, & etiam sententia, quæ  
sunt etiam singularia: quia de singularibus acti-  
bus sententiæ feruntur. ergo lex non solum poni-  
tur in communi, sed etiam in singulari.

¶ 2 Præterea. Lex est directiua humanorum actuum,  
vt supra dictum est: \* sed humani actus in singula-  
ribus consistunt. ergo lex humana non debet in  
vniuersali ferri, sed magis in singulari.

¶ 3 Præterea. Lex est regula & mēsurā humanorū actuum,  
vt supra dictum est: \* sed mēsurā debet esse certissima,  
vt dicitur in 10 Metaphysic. ¶ cum ergo in actibus  
humanis non possit esse aliquid vniuersale ita cer-  
tū, quin in particularibus deficiat, videtur q̄ necesse  
sit leges non in vniuersali, sed in singularibus poni.

**S**ED CONTRA est, q̄ Iurisperitus dicit, \* quòd  
iura constitui oportet in his, quæ sæpius accidunt:  
ex his autem, quæ forte vno casu accidere possunt,  
iura non constituuntur.

**R**ESPON. Dicendum, quòd quia vnumquod-  
que quod est propter finem, necesse est quòd sit fini  
proportionatum, finis autem legis est bonum com-  
mune: quia, vt Isidorus dicit in libr. Etymolog. \*  
nullo priuato commodo, sed pro communi utilita-  
te ciuium lex debet esse conscripta: vnde oportet  
leges humanas esse proportionatas ad bonum com-  
mune. bonum autem commune constat ex multis.  
& ideo oportet, q̄ lex ad multa respiciat, & se-  
cundum personas, & secundum negotia, & secun-  
dum tempora. Constituitur enim communitas ci-  
uitatis ex multis personis. & eius bonum per multi-  
plices actiones procuratur: nec ad hoc instituitur,  
quòd aliquo tempore modico duret, sed quòd om-  
ni tempore perseueret per ciuium successione, vt  
Augustinus dicit in 2. de Ciuitate Dei. \*

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quòd Philoso-  
phus in 5. Ethicor. ¶ ponit tres species iuris legalis,  
quod est ius positium. Sunt enim quædam, quæ sim-  
pliciter in communi ponuntur, & hæc sunt leges  
communes: & quantum ad huiusmodi dicit, quòd  
legale est, quod ex principio quidem nihil differt sic,  
vel aliter: quando autem ponitur, differt, puta, q̄ ca-  
ptiuū statuto pretio redimantur. Quædam verò sunt  
quæ sunt communia quantum ad aliquid, & singu-  
laria quantum ad aliquid: & huiusmodi dicuntur pri-  
uilegia, quasi leges priuatae, quia respiciunt singula-  
res personas, & tamen potestas eorum extenditur  
ad multa negotia: & quātum ad hoc subdit, Adhuc  
quæcūque in singularibus legem ponunt. Dicuntur  
etiam quædam legalia. nō quia sint leges, sed propter  
applicationem legum communiū ad aliqua particu-  
laria facta, sicut sunt sententiæ, quæ pro iure habentur:  
& quantum ad hoc subdit, Et sententia.

**A**D SECVDVM dicendum, quòd illud quod est di-  
rectiuum, oportet esse plurium directiuum: vnde in  
10. Metaphysic. \* Philosophus dicit, q̄ omnia quæ  
sunt vnius generis, mensurantur aliquo vno, quod  
est primum in genere illo. Si enim essent tot regulæ,  
vel mēsuræ, quot sunt mēsurata, vel regulara, ces-  
saret

Intra q. 88.  
Artic. 6. ad 3.  
& 2.3. eu. ff.  
147. arti. 3. &  
4. cor.  
Cap. 7. to. 5.

Q. 90. arti. 1.

Q. 90. arti. 1.  
Text. 3. to. 5.

In digesti.  
veteri. lib. 1.  
titulo 3. le-  
ge 3. 4. de 5.

Lib. 5. c. 1.

Ex libr. 2. c.  
21. & lib. 22.  
cap. 4. habet  
tur rom. 5.  
Cap. 7. to. 5.

Text. 4. to. 3.



faret utque utilitas regula, vel mensura, que est vt ex vno multa possint cognosci. & ita nulla esset utilitas legis, si non se extenderet nisi ad vnum singularem actum. Ad singulares enim actus dirigendos dantur singularia precepta prudentium: sed lex est preceptum commune, vt supra dictum est. \*

AD TERTIVM dicendum, qd non est eade certitudo querenda in omnibus, vt in 1. Ethic. \* dicitur: vnde in rebus contingentibus, sicut sunt naturalia & res humana; sufficit talis certitudo, vt aliquid sit verum vt in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus.

ARTICVLVS II.

Vtrum ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, qd ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere. Dicit enim Isidorus in libr. 7. Etymologia- rum, quod leges sunt facta, vt earum metu coerceatur audacia: non autem sufficienter coercentur, nisi qualibet mala cohiberetur per legem. ergo lex humana debet qualibet mala cohibere.

¶ 1. Praterea. Intentio legislatoris est cines facere virtuosos: sed non potest aliquid esse virtuosus, nisi omnibus vitijs compefcat. ergo ad legem humanam pertinet omnia vitia compefere.

¶ 2. Prater. Lex humana a lege naturali derivatur, vt supra dictum est: sed omnia vitia repugnant legi natura: ergo lex humana omnia vitia debet cohibere.

SED CONTRA est, quod dicitur in 1. de liber. arbit. 7. Videtur mihi legem istam, que populo regendo scribitur, recte ista permittere, & diuina prouidentiam vindicare: sed diuina prouidentia non vindicat nisi vitia. ergo recte lex humana permittit aliqua vitia, non cohibendo ipsa.

RESPON. Dicendum, qd sicut iam dictum est, lex ponitur vt quadam regula, vel mensura humanorum actuum: mensura autem debet esse homogenea mensurato, vt dicitur in 10. Metaph. \* diuersa enim leges imponantur hominibus secundum eorum conditionem: quia, vt Isidorus dicit, lex debet esse possibilis & secundum naturam, & secundum consuetudinem patrie. Potestas autem siue facultas operadi ex interiori habitu, seu dispositione procedit: non enim idem est possibile ei, qui non habet habitum virtutis, & virtuoso: sicut etiam non est idem possibile puero, & viro perfecto. & propter hoc non ponitur eadem lex pueris, que ponitur adultis. Multa enim pueris permittuntur, que in adultis lege puniuntur, vel etiam vituperantur: & similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis virtute, que non essent toleranda in hominibus virtuosis. Lex autem humana ponitur multitudini hominum, in qua maior pars est hominum non perfectorum virtute. Et ideo lege humana non prohibentur omnia vitia, a quibus virtuosus abstinent, sed solum grauiora, a quibus possibile est maiorem partem multitudinis abstinere, & precipue que sunt in nocumentum aliorum, sine quorum prohibitione societas humana conseruari non posset: sicut prohibentur lege humana homicidia, & furti, & huiusmodi.

AD PRIMVM ergo dicendum, qd audacia pertinere videtur ad inuasionem aliorum: unde precipue pertinet ad illa peccata, quibus iniuria proximis irrogatur, que lege humana prohibentur, ut dictum est. \*

Supra q. 91. art. 4. co. in. & q. 93. art. 3. ad 3. & ff. q. 99. artic. co. & 2. q. 49. art. 2. ad 1. & q. 77. art. 1. ad 1. & q. 78. art. 1. ad 4. Et mal. q. 3. art. 4. ad 6. Et quola. art. 1. ad 2. Et loban. 1. Lib. 1. ca. 20. \* Q. 91. art. 3. & q. 93. art. 3. Lib. 1. cap. 5. som. 1. Art. preced. Text. 3. et 4. com. 3. Lib. 2. ca. 21. In corp. art.

AD SECVNDVM dicendum, quod lex humana tendit homines inducere ad virtutem, non sed gradatim: & ideo non statim multitudinem perfectorum imponit ea, que sunt iam virtuosorum: ut scilicet ab omnibus malis absteat: alioquin perfecti huiusmodi precepta ferre non valent: deteriora mala prorumperent, sicut dicitur Pro. 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem, & M. Quod si vinum nouum, id est precepta perfectiora, mittatur in utres ueteres, id est in homines imperfectos, utres rumpuntur, & vinum effunditur, & precepta contemnantur, & homines ex contemptu ad peiora mala prorumpunt.

AD TERTIVM dicendum, quod lex naturalis quaedam participatio legis aeterna: in nobis legem humana deficit a lege aeterna. Dicit enim gust. in 1. de liber. arbit. \* Lex ista que regenda vitibus fertur, multa concedit, atque impunita linquit, que per diuinam prouidentiam uindicta neque enim quia non omnia facit, ideo que improbanda sunt: unde etiam lex humana non omnia potest prohibere, que prohibet lex natura.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex humana precipiat actus omnium virtutum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod lex humana non precipiat actus omnium virtutum. Actibus enim virtutum opponuntur actus vitiosi: sed lex humana non prohibet omnia vitia, ut dictum est. \* ergo etiam non precipiat actus omnium virtutum.

¶ 1. Prater. Actus uirtutis a uirtute procedit: sed uirtus est finis legis, & ita quod est ex uirtute, sub precepto legis cadere non potest. ergo lex humana non precipiat actus omnium uirtutum.

¶ 2. Praterea. Lex humana ordinatur ad bonum commune, ut dictum est: sed quidam actus uirtutum non ordinantur ad bonum commune, sed ad bonum priuatum. ergo lex non precipiat actus omnium uirtutum.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic. \* quod precipit lex fortis opera facere, & que temperati & que mansueti. Similiter autem in secundum alias uirtutes & malitias, hanc quidem iubens, hanc autem prohibens.

RESPON. dicendum, quod species uirtutum distinguuntur secundum obiecta, ut ex supra dictis patet. \* Omnia autem obiecta uirtutum referri possunt, uel ad bonum priuatum alicuius personae, uel ad bonum commune multitudinis: sicut ea que sunt fortitudinis potest aliquis exequi uel propter conseruationem ciuitatis, uel ad conseruandum ius amici sui, & simi-

Supra q. 91. art. 4. co. in. & q. 93. art. 3. ad 3. & ff. q. 99. artic. co. & 2. q. 49. art. 2. ad 1. & q. 77. art. 1. ad 1. & q. 78. art. 1. ad 4. Et mal. q. 3. art. 4. ad 6. Et quola. art. 1. ad 2. Et loban. 1. Lib. 1. ca. 20. \* Q. 91. art. 3. & q. 93. art. 3. Lib. 1. cap. 5. som. 1. Art. preced. Text. 3. et 4. com. 3. Lib. 2. ca. 21. In corp. art.



ur quod obiecta virtutum possunt dupliciter sumi, primò secundum se: & sic falsum est, quod possunt recte referri in bonum privatum, aut publicum. Secundo, secundum actum, quibus homo attingit illa. & sic nihil prohibet omnium virtutum obiecta ad privatum, vel publicum bonum recte referri posse.

le est in alijs. Lex autem, vt dictū est, \* ordinatur ad bonum commune, & ideo nulla virtus est, de cuius actibus lex præcipere non possit: non tamen de omnibus actibus omnium virtutum lex humana præcipit, sed solum de illis, qui ordinabiles sunt ad bonū commune, vel immediate, sicut aliqua directe propter bonum commune sunt: vel mediate, sicut cum aliqua ordinantur a legislatore pertinentia ad bonam disciplinā, per quam civis informantur, vt commune bonum iustitiæ & pacis conferent.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex humana non prohibet omnes actus vitiosos secundum obligationem præcepti, sicut nec præcipit omnes actus virtuosos: prohibet tamen aliquos actus singulorum virtutum, sicut etiam præcipit quosdam actus singularum virtutum.

AD SECUNDUM dicendum, quod aliquis actus dicitur esse virtutis dupliciter. Vno modo ex eo, quod homo operatur virtuosam: sicut actus virtutis iustitiæ est facere recta, & actus fortitudinis facere fortia: & sic lex præcipit aliquos actus virtutum. Alio modo dicitur actus virtutis, quia aliquis operatur virtuosam eo modo quo virtuosus operatur: & talis actus semper procedit a virtute, nec d cadit sub præcepto legis: sed est finis, ad quem legislator ducere intendit.

AD TERTIUM dicendum, quod non est aliqua virtus, cuius actus non sint ordinabiles ad bonum commune, vt dictum est, \* vel mediate, vel immediate.

ARTICVLVS IIII.

Utrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientia.

AD QVARTVM sic proceditur.

Videtur, quod lex humana non imponat homini necessitatem in foro conscientia. Inferior enim potestas non potest imponere legem in iudicio superioris potestatis: sed potestas humana quæ fert legem humanam, est infra potestatem divinam, ergo lex humana non potest imponere legem quantum ad iudicium diuinum, quod est iudicium conscientia.

Præter iudicium conscientia maxime dependet ex diuinis man-

liber homo non solum secundum id quod habet, sed hoc ipsum quod est, multitudinis est: sicut quælibet pars id quod est, totius est. Ex hoc namque sequitur, quod lex humana, quæ sicut quælibet alia lex ad commune bonum respicit, potestatem habet supra id quod est quilibet homo, ac per hoc super vitam ipsius: ac per hoc potest disponente, & ordinare de expositione vitæ cuiusque pro communi bono, pro quo fit omnis lex, ut in quæstionis nonagesimæ articulo secundo dictum est. Amplius lex humana est præceptiva, & obligativa ad peccatum mortale, vt manifeste patet, cum præcipitur aliquid sub poena excommunicationis laicæ sententiæ, vel sub poena capitis. ergo est constitutiva aliquis actus in hoc, quod sit peccatum mortale, ergo est obligativa ad euitandum magis actum illum, quam mortem corporalem: quia mors animæ fugienda est magis quam mors corporis. Perinde est ergo dicere, quod lex humana non potest obligare hominem ad mortem pro sui obseruatione: & dicere, quod lex humana non potest constituitur aliquis actus in hoc, quod sit peccatum mortale, immo in hoc, quod sit peccatum: quia etiā pro vitando veniali tenetur homo mori. Et confirmatur, quia homo tenetur potius mori, quam contrahere matrimonium sine dispensatione cū sorore consobrina: & tamen hoc solo postulo iure est prohibendum. Similiter sacerdos tenetur mori potius, quam Missam celebrare absque calice, corporali, altari, & lumine, uestibus sacerdotalibus, & alijs requisitis ex iure humano. Accedit ad hæc cap. Sacris, de his quæ vi metricæ causa sunt: ubi in materia iuris positum, scilicet de incursum excommunicationis propter participationem cū excommunicato, Innocentius tertius dicit, quod metus non excusat ab excommunicatione: quia potius debet mori, quod peccare mortaliter. Vnde totum oppositum illius opinionis est verum. Ille nam-

datis: sed quandoque diuina mandata euacuantur per leges humanas secundum illud Matth. 15. Ir ritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras, ergo lex humana non imponit homini necessitatē quantum ad conscientia. Præter Leges humanæ frequenter ingerunt calumniam, & iniuriā hominibus, secundum illud Isa. 10. Væ qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitias scripserunt, vt opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: sed licitum est unicuique oppressionē & violentiam euitare, ergo leges humanæ non imponunt necessitatem homini, quantum ad conscientiam.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 2. Hæc est gratia, si propter conscientiam sustineat quis tristitias, patiens iniuste.

RESPON. Dicendum, quod leges positæ humanitas, vel sunt iustæ, vel iniustæ. Si quidem iustæ sint, habent vim obligandi in foro conscientia: a lege æterna, a qua derivantur, sicut illud Prouerb. 8. Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Dicuntur autem leges ad iustæ & ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum commune: & ex actore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis: & ex forma, quando scilicet secundum æqualitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. Cum enim vnus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est, & quod habet, est multitudinis: sicut & quælibet pars id quod est, est totius. vnde & natura aliquod detrimentum infert parti, vt saluet totum. Et secundum hoc leges huiusmodi onera proportionabiliter inferentes, iustæ sunt, & obligant in foro conscientia, & sunt leges legales. Iniustæ autem sunt leges dupliciter. Vno modo per contrarietatem ad bonum humanum econtrario prædictis. Vel ex fine, sicut cum aliquis præficiens leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad utilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem, vel gloriam. Vel etiam ex actore, sicut cum aliquis legem fert ultra sibi commissam potestatem. Vel etiam ex forma, puta, cum inæqualiter

nam-

D. 797.



namque putat, q regulariter lex postitua non obligat ad mortem F pro sui obseruatione quantumcumque precipiat: in casu autem, scilicet pro fide, vel patria, sic.

¶ Nos autem secundum veritate dicimus, q vniuersaliter lex preceptiua obligat ad mortem pro sui obseruatione in casu autē non ex benignitate legi,

vt forte accidit in lege de vitandis excommunicationis, do qua q non est ad propositū nisi exemplariter, nihil dico, nisi quod dicentes, q ideo licet ex metu cadente in constantem virū celebrare corā excommunicatis, quia lex humana nō obligat ad mortē p sui obseruantia, errant: & nisi aliunde huic metui subueniant, falsa est doctrina excusantis participationem ex metu, sicut de alijs dictum est. Et aduerte hic diligentissime, q quia lex postitua precipiendo, seu statuendo, facit de actibus indifferentibus, virtuosos, vel vitiosos, dum sub aliqua virtute, aut vitio actū determinat fore, precipiendo enim abstinentiam, ponit actū illum subtemperantia: precipiendo solutionē gabellę, ponit actum illum sub iustitia: precipiendo cultum diuinum, ponit sub religione, & sic de alijs. Et propterea sicut in foro conscientie tenetur quis ad actus virtutum, & ad euitandos actus vitiorum, nec excusatur metu, &c. ita non excusatur ab iniustitia, a sacrilegio &c. qui determinata sic a lege cōtēnit, aut incurrit &c.

¶ Super Quaestiois 96. Articulum quintum.

**I**n artic. 5. eiusdē quęst. 96. nota, q cū in litera dicitur, quod iusti non subijciunt legi, ut coactiua: potest dupliciter intelligi. Primo, quod lex non habet vim coactiuam super iustos. Et hic sensus est falsus: quia super omnes subditos tam lex uiua, quam promulgata habet potestatem coactiuam: quamuis in iustos non exerceat coactionem, quia non oportet. Secundo, quod iustus ex parte sua non subijciatur legi, ut coactus: & hic sensus est uerus & intentus, quia iustus uoluntariē legi subijciatur.

¶ In eodem quinto articulo in responsione ad tertium, dubium occurrit, quomodo stant hæc duo simul, quod princeps obligetur quō ad Deum, ita quod peccat non seruando legem: & quod lex non habet vim coactiuam super eum. Si enim peccat humanam legem transgrediendo, obligatus est legi proculdubio obliganti eum, ac per hoc vim coactiuam in eum habenti, quamuis nō exercenti. & si eum non potest cogere, lex eum non obligat: & si non obligat lex principem, princeps non obligatur: & si non obligatur, non peccat non seruando eam. Et confirmatur declarando, quia quantumcumque sapiens aliquis, ut Plato, vel Aristotel. leges excogitet optimas pro bono communi, & diligenter, quia non habent vim coactiuam, sed ostensiuam tantum, constat quod nō obligant principem, aut alios. ergo lex a principe condita licet

ostensiuam vim habeat, quomodo debeat ipse se habere: tamen obligat eum, quia coactiuam vim super eum non habet, augetur dubium ex ratione in litera assignata de coactione legis, arguendo sic. Lex non habet vim directiuam, nisi ex potestate. ergo secundum vim directiuam non obligat principem ad quod etiam ordo potestatis diuinitus concessus non se extendit. vnde nec in talibus homo obligatur vt obediatur legi, si sine scādalo, vel maiori detrimento resistere possit.

ARTICVLVS V.

¶ *Utrum omnes subijciantur legi.*

**A**D QUINTVM sic proceditur. Videtur, quod non omnes legi subijciantur. Illi enim soli subijciuntur legi, quibus lex ponitur: sed Apostolus dicit 1. ad Timoth. 1. quod iusto nō est lex postita. ergo iusti non subijciuntur legi humanæ.

¶ 2 Præterea. Urbanus Papa dicit, & habetur in Decretis 19. quæst. 2. \* Qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit vt publica constringatur: lege autem priuata Spiritus sancti ducuntur omnes uiri spirituales, qui sunt filij Dei, secundū illud Roman. 8. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. ergo nō omnes homines legi humanæ subijciuntur.

¶ 3 Præter. Iuris peritus dicit, \* quod princeps legibus solutus est: qui autem est solutus a lege, non subditur legi. ergo non omnes subijciuntur legi.

**S**ED CONTRA est, quod Apost. dicit Rom. 13. Omnis anima potestatis sublimioribus subdita sit: sed non videtur esse subditus potestati, qui non subijciatur legi, quā fert potestas. ergo omnes homines debent esse legi subiecti.

**R**ESPON. Dicendū, q sicut ex supra dictis patet, lex de sui ratione duo habet. Primō quidē, q est regula humanorum actuum. Se-

ad Deum, quod idem est quod subijci legi in foro conscientie ex eo iem habet vim obligandi principem, unde habet obligandi in foro conscientie. Vt autem in articulo quæstionis est, lex habet vim obligatiuam in foro conscientie contra legem, a qua deriuatur, oportet igitur ut lex habeat vim obligatiuam principis ab æterna lege. Et quemadmodum lex humana non deriuatur ab æterna immediate, sed mediante lege natura: ita habet mediante illa vim obligatiuam in foro conscientie. Est namque de iure natura, ut quod tibi non ius alteri ne feceris: & consequenter, ut ius quod tibi non ius alteri statuas: ac per hoc cum quis alteri legem ponit, & si non potest ius violat, sicut etiam subditus inobediens principem naturæ ius, dicitur quod iustus ad commune bonum ab ipse potestatem statutus parendum est, uiolat, ab æterna lege humana legi tribuens. Et hanc rationem quō ad partem auctoris in litera sub autoritate canonis in materia autem radice, quod scilicet lex humana est obligatiua in foro conscientie, & principis, & subditorum ex lege æterna iure naturæ prouenit, quod cum in lege sint due virtutes, directiua & coactiua, & inter eas sit habita superius ex eo quod

Lib. 1. cap. 3. para. 2. p. 1. cip. 20. 1.



quæst. 2. differentia talis. quod vis directiva respicit ipsos actus...

cundo, quod habet vim coactiuam. Dupliciter ergo aliquis homo potest esse legi subiectus.

Vno modo, sicut regulatum regule: & hoc modo omnes illi, qui subduntur potestati subduntur legi, quam fert potestas.

Quod autem aliquis potestati non subdatur, potest contingere dupliciter. Vno modo, quia est simpliciter absolutus ab eius subiectione.

vnde illi qui sunt de una ciuitate, vel regno, non subduntur legibus principis alterius ciuitatis, vel regni, sicut nec eius domino.

Alio modo, secundum quod regitur superiori lege, puta, si aliquis subiectus sit proconsuli, regulari debet eius mandato, non tamen in his, que dispensantur ei ab imperatore.

quantum enim ad illa non astringitur mandato inferioris, cum superiori mandato dirigatur.

secundum hoc contingit, quod aliquis simpliciter subiectus legi secundum aliqua, legi non astringitur, secundum que regitur superiori lege.

Alio vero modo dicitur aliquis subiectus legi, sicut coactum cogenti: & hoc modo homines virtuosus & iusti non sub-

in foro conscientie, cui etiam princeps subiicitur: ideo ex propria voluntate principis, & ex aeterna lege vim obligatiuam principis in foro conscientie lex humana habet, quamuis diuersimode, quia ab aeterna lege sicut a causa, a qua est vis obligatiua huiusmodi a voluntate vero principis sicut a determinate causam vniuersalem ad effectum specialem, sicut in naturalibus causa vniuersalis, puta, Saturnus respectu rerum fixarum, determinatur ad speciale effectum, puta, ossa a femine talis producentis animal habens ossa. Sicut enim producere tale animal sub Saturno, est de se minare ipsum ad ossa producenda in illo: ita constituitur legi sub Deo, est determinare Deum ad communicandam vim obligatiuam in foro conscientie legi. & si cut ossa reducitur in Saturnum, ut causam, ita vis ista obligatiua in lege aeterna. Et per hoc patet responsum tam ad id quod dicitur, quod Deus nihil hic agit immediate, non enim oportet hoc dicere, sed sufficit quod dictum est, quam ad id quod dicitur de voluntate principis. Patet, quod ex suppositione quod legem volueris, obligatus remanet, & non minus liber quo ad velle & nolle, sed quo ad bene vel male, velle id quod lege positum est.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de subiectione, quæ est per modum coactionis. Sic iusto non est lex posita, quia ipsi sibi sunt lex, dum ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, sicut Apostolus ad Romanos 2. dicit. unde in eos non habet lex vim coactiuam, sicut habet in iniustos.

Ad SECUNDVM dicendum, quod lex Spiritus sancti est superior omni lege humanis posita. & ideo viri spirituales secundum hoc, quod lege Spiritus sancti ducuntur, non subduntur legi, quantum ad ea que repugnant ductioni Spiritus sancti: sed tamen hoc ipsum est de ductu Spiritus sancti, quod homines spirituales legibus humanis subdantur, secundum illud 1. Pet. 2. Subiecti estote omni humane creature propter Deum.

Ad tertium dicendum, quod sunt leges duplices, quedam de communibus toti multitudini, quedam de propriis aliquorum actibus, puta, de militibus. Cum dicitur quod princeps subiicitur legi, non intelligitur de lege speciali, puta, militum, nisi ipse sit miles: sed intelligitur de lege cõi, & rursum cum princeps subiicitur legi, intelligitur subijci proportionaliter, ut dicitur principem, & non sicut alios subditos, ut ex dictis manifestum est. In calce eiusdem responsionis ad tertium, dubium etiam difficile occurrit, quomodo stant ista simul, quod princeps potest legem tollere, mutare, & in ea dispensare, & quod ipse in foro conscientie subdatur legi, ut determinatum est. Si enim potest legem tollere, tollit eam a se, & sic facit: quod non habeat vim legis respectu sui: ac per hoc absque serupulo conscientie non seruabit eam, ut potest non obligatus. Et confirmatur hoc, quia non deterioris conditionis est ipse, quam aliqui subditi: sed princeps potest eximere unum subditum a lege cõi, qui apud Deum non erit reus violare legis, de cetero non seruans eam, ergo potest eximere seipsum: & si hoc potest, sua obligatio ad legem stat in voluntate sua sola, & non est ex lege eterna, ut ex vera causa, cuius oppositum conclusum est. Ad hoc dubium premissa sunt aliqua certa acceptata ab omnibus: deinde singuli modi dicendi. Certum & confessum ab omnibus est, quod princeps potest se cum dispensare sicut cum alijs, proprie loquendo de dispensatione: & potest quod, & quantum expedies fuerit, eximere aliquem subditum, & seipsum a lege, & potest legem mutare, siue aliam condendo loco eius, siue totaliter tollendo. Et nihil horum contradicit determinationi facte, scilicet, quod princeps subiicitur legi in foro conscientie. Subijciatur namque princeps potestatem habens precepta faciendi: hec sunt confessi communiter. Sed de motu dubitatione triplex est opinio. Prima est, quod princeps licet subiiciatur legi humane, simpliciter & absolute habeat vim legis, non subditur tamen legi habeat vim legis cum exceptione sue personæ. Et sicut princeps a principio constituitur legem, potest et excipere, sicut & aliquem alium subditum. & sic si princeps non tollit a se legem, obligatur: si autem tollit, non obligatur. Sed contra hanc opinionem est, quia si princeps potest se

positum est. Aduertendum tamen est hic, quod sunt leges duplices, quedam de communibus toti multitudini, quedam de propriis aliquorum actibus, puta, de militibus. Cum dicitur quod princeps subiicitur legi, non intelligitur de lege speciali, puta, militum, nisi ipse sit miles: sed intelligitur de lege cõi, & rursum cum princeps subiicitur legi, intelligitur subijci proportionaliter, ut dicitur principem, & non sicut alios subditos, ut ex dictis manifestum est. In calce eiusdem responsionis ad tertium, dubium etiam difficile occurrit, quomodo stant ista simul, quod princeps potest legem tollere, mutare, & in ea dispensare, & quod ipse in foro conscientie subdatur legi, ut determinatum est. Si enim potest legem tollere, tollit eam a se, & sic facit: quod non habeat vim legis respectu sui: ac per hoc absque serupulo conscientie non seruabit eam, ut potest non obligatus. Et confirmatur hoc, quia non deterioris conditionis est ipse, quam aliqui subditi: sed princeps potest eximere unum subditum a lege cõi, qui apud Deum non erit reus violare legis, de cetero non seruans eam, ergo potest eximere seipsum: & si hoc potest, sua obligatio ad legem stat in voluntate sua sola, & non est ex lege eterna, ut ex vera causa, cuius oppositum conclusum est. Ad hoc dubium premissa sunt aliqua certa acceptata ab omnibus: deinde singuli modi dicendi. Certum & confessum ab omnibus est, quod princeps potest se cum dispensare sicut cum alijs, proprie loquendo de dispensatione: & potest quod, & quantum expedies fuerit, eximere aliquem subditum, & seipsum a lege, & potest legem mutare, siue aliam condendo loco eius, siue totaliter tollendo. Et nihil horum contradicit determinationi facte, scilicet, quod princeps subiicitur legi in foro conscientie. Subijciatur namque princeps potestatem habens precepta faciendi: hec sunt confessi communiter. Sed de motu dubitatione triplex est opinio. Prima est, quod princeps licet subiiciatur legi humane, simpliciter & absolute habeat vim legis, non subditur tamen legi habeat vim legis cum exceptione sue personæ. Et sicut princeps a principio constituitur legem, potest et excipere, sicut & aliquem alium subditum. & sic si princeps non tollit a se legem, obligatur: si autem tollit, non obligatur. Sed contra hanc opinionem est, quia si princeps potest se

Prima Secunda S. Thomæ. DD em-







QVAESTIO XCVII.

De mutatione legum, in quatuor articulos diuisa.

Super Quaestio 97. Articulus primus & secundum.

DEINDE considerandū est de mutatione legū. Et circa hoc querūtur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex humana sit mutabilis.

¶ Secundo, vtrū semper debeat mutari, quando aliquid melius occurrerit.

¶ Tertio, vtrum per cōsuetudinem aboleatur: & vtrum cōsuetudo obtineat vim legis.

¶ Quarto, vtrum vsus legis humanæ per dispensationem rectorum immutari debeat.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat mutari a quo modo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana derivatur a lege naturali, ut supra dictum est: sed lex naturalis immobilis permanet, ergo & lex humana debet immobilis permanere.

¶ 2 Præ. Sicut Philosoph. dicit in 5. Eth. h humana maxime debet esse permanens: sed lex humana est mensura humanorum actuum, ut supra dictum est: ergo debet immobiliter permanere.

¶ 3 Præ. De rōne legis est, q sit iusta & recta, ut sup. dictū est: sed illud qd semel est rectū, semp est rectū, ergo illud qd est semel lex, semp debet esse lex.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in 1. de lib. arb. Lex temporalis quamuis iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest.

RES. ON. Dicendū, q sicut sup. dictum est, Lex humana est quoddā dictamē rationis, quo diriguntur humani actus, & secundū hoc duplex cā pōt esse: q lex humana iuste mutetur. Vna quidē ex parte rationis: alia vero ex parte hominū, quorum actus lege regulantur. Ex parte quidem rationis: quia humana rationi naturale esse videtur, ut gradatim ab imperfecto ad perfectū pueniat. Vnde videmus in scientiis speculatiuis, quod qui primo philosophati sunt, quādam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores sunt tradita magis pfecte: ita etiam & in operabilibus. Nam primi qui in reuerentia inuenire aliquid utile communitati hominum, non valentes omnia ex seipsis cōsiderare, instituerunt quādam imperfecta in multis deficientia, quæ posteriores mutauerunt, instituētes aliqua que in paucioribus deficere possunt a cōmuni utilitate. Ex parte vero hominū, quorū actus lege regulantur, lex recte mutari potest propter mutationē cōditionum hominum, quibus secundum diuersas eorum cōditiones diuersa expediunt: sicut Aug. ponit exemplū in j. de lib. ar. Quod si populus sit bene modicus & grauis, cōmunisq; utilitatis diligentissimus cultus, recte lex ferret, qua tali populo liceat creare sibi magistratus, per quos respublica administratur. Porro si paulatim idē populus deprauat habeat uenale suffragium, & regimen flagitiosis sceleratisque cōmittat, recte adimitur populo talis potestas dādi

Prima Secundæ S.Th. DD 2 ho-

interpretatio spectat ad superiores, quando potest ad eos recurrere: quando vero non potest recurrere, si sunt ambigua secūdo modo, necessitas habet dispensationem annexam. si uero sit ambigua primo modo, tunc secundum uerba legis agendum est. Et quod mens autioris sit ita, patet ex hoc quod dicit, si licet quod necessitas habet dispensationem annexam. constat. quod dispensatio ex interpretatione legis procedat. Interpretatio autem locum non habet in manifestis: de ambiguis igitur secundo modo intendit.

¶ In responsione ad tertium collige causas, quare leges humane sunt secundum id quod ut in pluribus agendum est, & non deariulantur omnia in omni euentu. Prima est ex defectu humani ingenij: secūda est ex parte consensu uicande: tertia, que in littera tacetur, ponitur tamen 5. Ethicorum esse ex uariabilitate rerum, de quibus sit lex humana: & hæc uariabilitas materiam inculpabilem reddit humanum intellectū in statu leges vi in pluribus.

principes, qui propter huiusmodi casus habent auctoritatem in legibus dispensandi. Si uero sit subitum periculum, non patiens tantam moram ut ad superiorem recurrere possit, ipsa necessitas dispensationem habet annexam: quia necessitas non subditur legi.

AD PRIMVM ergo dicendum, q ille qui in casu necessitatis agit præter uerba legis, nō iudicat de ipsa lege, sed iudicat de casu singulari, in quo uidet uerba legis obseruanda non esse.

AD SECUNDVM dicendum, quod ille, qui sequitur intentionem legislatoris, non interpretatur legem simpliciter, sed in casu, in quo manifestum est per euentum documentum, legislatorem aliud intendisse. Si enim dubium sit, debet, uel secundum uerba legis agere, uel superiorem consulere.

AD TERTIUM dicendum, q nullius hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus excogitare: & ideo non potest sufficienter per uerba sua exprimere ea que conueniunt ad finem intentum. Et si possit legislator omnes casus considerare, non oporteret, ut omnes exprimeret propter confusionem uiradam: sed legem ferre deberet secundum ea que in pluribus accidunt.

Sup. q. 96. ar. 5. ad 3. & ar. 6. per 30. & inf. q. 104. ar. 3. ad 2. q. 95. art. 2. li. 5. Eth. c. 5. to. 5.

q. 90. ar. 1. & 95. ar. 4.

Q. 95. ar. 3.

Cap. 6. circa med. pract. p. 10. r. 1.

Q. 90. ar. 1. & q. 91. ar. 1.

C. 6. paulo a princ. to. 1.